



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 380. Damasi Pap. Annus 14. Gratiani 14. Valentin. 5.  
Theodosii 2. Imppp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**

Quid erat agendum? dicitur sui viri,  
Alindne quiddam cupiam vestrum placet?  
Angusta cum tam foret ad huc Ecclesia,  
Stipulae ut ipse cogeret quos legere.  
(Namq. arca tantam non ferunt licentiam,  
Quam lata qua sunt tempora, & late flouunt)  
Magni estimabam, quod canis caulam meam  
Tereret. Adeo namque tenues & exiles erant res Catholicorum ipsis primordiis aduentus Gregor. Constantinopolim, ut magno lucro duceret, si quem inuenisset Catholicum hominem sibi communicatione inherentem, preferentem inuicem inuicem Christi diuitis Pharaonis.

XXX. LAVDIS DICTA DE MAXIMO.

Sed & quid amplius elucere videbatur in Maximo, si quae ille iactabat, vera fuissent illa omnia, quae in eaque oratione in eius laudem, mutato titulo, in laudem Heronis scripta leguntur: nempe, ut paucis multa perstringam, quod ex parentibus martyrium prognatum diceret, quodq. Christo ipse totum se addidisset, temporeq. persecutionis sanctissime sub Lucio Alexandriae aduersus Catholicos excitatae stetit infraclus pro fidei patrocinio, cuius causa die virginitatis caesus fuit, ad postremam vere in Oasin deportatus, illic quadriennio permansisset. Accedebat, quam hypocrita affectabat, Christiana in omnibus philosophia, nempe gloria diuinitatisque contemptus, modestia, animique fracta submissio, charitas erga omnes, studium salutis omnium, & ad conuincendos haereticos, Graecisque conuincendos scientia minime vulgata. His, inquam, coloribus pictam laudem, absolutissimum reddentem omnium virtutum exemplar, tali tempore, tali loco non potuit non magni facere Gregorius tantopere non indigens in tanto praelio non ducibus tantum fortissimisque militibus, sed lixe cuiusvis etiam ministerio.

Alter hic plane Proteus, sic enim quoque ipsi n appellat Gregorius: & ut proprius dicam, alter hic Luciani Peregrinus, qui ex Euangelio apertius sibi gloriam, quae sceleris ob delicta passus esset, fidei defensionis causa se tolerasse iactaret: nam & id quoque testatur ita Gregorius:

--- Hoc, manus, quod fugam ob noxas graues  
Pelabat, ut sibi Deo hanc passus foret,  
Qui vapularat ut nocens, hinc martyrem  
Falso arbitrabar, &c.

a Griger. in carn. di. vita ius.

XXXI.

Postquam autem talia tamq. nefanda Maximus praesumpsisset: Gregorius est suburbano, ad quod valetudinis causa concesserat, Constantinopolim rediit, Ecclesiamque, quam tanto labore collegerat, schismate scissam reperiendam presbyter ille nefarius cum adhaesisset Maximo, nonnullis e Catholicis eidem conciliat. Hec ergo sciens, imo oculis spectans ipse Gregorius, orationem illam habuit, cuius est exordium: Desiderabam vos, filij parique a vobis desiderio exoptabar, &c. post multa vero hac inuectiua perstringit Maximum ac sectatores ipsius b: Lam, inquit, mihi quoque timorem inuicem canes, per vim pastores sese constituentes, idque (quod absurdum est valde) cum ad pastor alii muneris administrationem nihil omnino aliud contulerint, quam quod comam, cui oranda & alende turpiter inducunt, raserunt: qui nec in canum ordine manserunt, nec pastores facti sunt, nisi ut lamcut ac dispergant, laboresque aliorum inuicem. Et paulo post: Ac proinde ne nunc quidem insolentius efferantur, qui canes aduersus gregem concitarunt, qui nec ouiculum quidem vnam proferre possunt, quem adduxerint, vel conserauerint, nec enim recte facere didicerunt, qui improbitatem studiose coluerunt, &c. Post multa vero in schismaticos dicta, eosdem contestatus, exprobrat animi sui moderationem, quam experti iam essent ab omni sedis cupiditate remotam, cum videlicet illi iam ante delegissent eum Episcopum, & in sede voluissent collocare, nec acquiescere in hac enim e

GR. NAZ. XIDENS O. M. T. IN MANT. M. V. b Gr. Naz. or. in Max.

c Gr. Naz. ead. orat.

XXXII.

Quid praeterea? agere ipsi scilicet. Episcopatum abrogabunt, & throni dei secat: Et quos tandem aut noui, aut ante pro impo atque h'ari animo conuencit. An vero eos, qui ascendunt, beatus predicare solus? Sicut, mihi eos dulces ac inuicem reddidit, si a traditue conciliis? Quid ne has quidem, qua imper acciderant, animi mei

sententiam voluit, atque declarari? An illa quos, delicta quaedam & suus erant, atque amoris erga me vestri & desiderij exploratio? Nimirum callidi ac versuti homines facile adducuntur, ut virtutis sua de alio partem suscipiant, partem loquantur. Quod vero illa animi oppressio? quid illa imprecationes, quas aduersus nos ipsos publice concepinus: quid ille lacrymae, quarum tantam vim profuditimus, ut vobis etiam misericordiam moueremus, quantum aliqui propter oblationem odio pene effemus? haec & alia Gregorius, illis in memoriam reuocans, quantopere refragatos fuerit, cum ab ipsis eligeretur Episcopus. Demum in Petrum Episcopum Alexandrinum, quem propterea primo, postea vero senit aduersum ita iure conuenit: Nihil pro prius factum est, quam ut Petrus etiam me abiret: Ac fortassis fiet quidem amare, ut peccato medietur, ac rursus schismaticos eiusmodi compellat apostrophe: Quomodo distrahitis, & distrahitis, quasi bonos teneri vinculo soluti? Quomodo altare aduersus altare erexitis? Quomodo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quomodo & ipsi hac praefatione extinguitis atq. mortu estis, & dolorem nobis inuisistis? Quomodo pastorem simplicitate ad gregis curam & interitum abisistis? non enim eorum imperitiam reprehendo, sed vestram malitiam accusabo. sic Gregor. aduersus Aegypti Episcopos, qui Maximo manus imposerant, additque alia fleri digna, quae autem postea acciderint, sequenti anno dicemus.

GR. NAZ. NON SIT PASTOR SIKELI EP. SCOP. II.

IESU CHRISTI ANNUM 380.

DAMASI PAP. ANNUM 14. GRATIANI 14. VALENTINI 5. IMPER. THEODOSII 2.

CHRISTI sequitur annus octogessimus supra trecentessimum, Consulatu quinto Gratiani atque Theodosii inchoatus: quod idem Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo Thessalonicensi baptizatur. Qua autem occasione ibi e sacramento ipsum iniciari contigerit, sic narrat Socrates d: Theodosius autem post erecta tropaea, Constantinopolim ire maturans, Thessaloniam peruenit: ibi in morbum incidens, cogebat baptizari a domino: quippe ex maioribus religionem iam olim didicerat Christianam fideique Constantinianis se totum addixerat. Et cum propter morbum grauatam baptizari properaret, & Episcopum Thessalonicensium ad istud munus obuentum requireret: primum sciscitabatur ab Episcopo, quam fidem amplexaretur. Et cum Episcopus respondisset, opinionem Arij minime per Lyricam \* pernasisse, neque noniam illius doctrinam eius regionis Ecclesias potuisse occupare, sed omnes, qui in illa versabantur, antiquam illam & veritatem fidem ab Apostolis traditam, inque Concilio Niceno confirmatam semper obseruasse: Imperator ab Acholio \* (ita enim vocabatur Episcopus) libentissimo animo baptizatum re. ept. Paucis igitur post diebus a morbo recreatus Constantinopolim contendit octavo Kalend. Decembris, Gratiano iam quintum Consule, eoque ipso Theodosio primum. hucusque Socrates, in eo sane corrigendus, dum loco Macedoniae ponit Illyricum: Thessalonica enim, cuius Acholus erat Episcopus, non in Illyrico, sed in Macedonia sita est. Caeterum ipsum delegisse ab Acholio baptizari ob insignem vii vitam miraculorum virtute conspicuam, existimamus. Qualia autem quantane aduersus Gothos diuina virtute operatus sit, cum victorem exercitum, qui copias Romanorum vicerat, & ipsorum Imperatorem extinguerat, superauit, superius enarratum est. Deo igitur omnia accepta ferens Theodosius, Imperium atque vitam, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereridem quo S. August. sic ait: Inter hac omnia ex ipse initio imperij sui non quicquam inuicem & misericordissimum legibus aduersus impios laboranti Ecclesia subuenire quam Valens haereticus saeuens Arianis vehementer assiduerat: cuius Ecclesia membrum esse magis, quam in terris regnare gaudebat: haec ipse. Huius quidem rei fidei facit aurea illa sanctio ab eo hoc anno Thessalonice promulgata, quae sic se habet: Impp. Gratiano, Valentiniano, & Theodosio A. A. ad populum vrbis Constantinopolitane.

I. THEODOSIUS BAPTIZATUR

d Ser. Lp. r. 6.

\* Macedoniae

\* Acholio

c August. de eu. Diu. l. r. 20.

fl. de fide. Cath. C. Theod. II.

Concilio

THEODO- SIAN- CTIO DE FIDE CA- THOLICA. III. Alii THEODO- SII LEGES bl. a. De qua G. Theod. IV. MAXIMVS ALEXAN- DRIAN. e Gr. Naz. car. de vita sua. d Theod. II. s. a. 3. e Gr. Naz. car. in Ma- ximumo to. 3 edit. Leu- onklas. MAXIMVS SCRIBIT IN GRIG. NAZ. V. DAMASVS PAPA PA- TRIS GREG. NAZ.

Cuncto populo, quos clementia nostra regit temperamentum, in tali volumus religione versari, quam dominum Petrum Apostolum tradidisse Romanis, religio vixit non ab ipso insinuatam declarat, quamque Pontificem Damasum sequi claret, & Petrum Alexan- driae Episcopum, verum Apostolicam sanctitatis: Hoc est, ut secundum Apostolicam disciplinam, Evangelicamque doctrinam, Patris & Filii & Spiritus sancti unitam Deitatem sub parili maiesta- te, & sub pia Trinitate credamus. Hanc legem sequentes Chris- tianorum Catholicorum nomen indemus amplius: reliquos vero demerere, resansque indicantes, heretici dogmatu infamiam susti- nere, nec conciliabula eorum, Ecclesiarum nomen accipere: diuina penam vindicta, post etiam motu nostri, quem ex caelestis arbitrio sumptissimum, ratione plebentium. Datum III. Kalend. Martias, Theffalonice, Gratiano A. quingentum & Theodosio A. I. Coss. qua die haec, quae sequuntur, in idem Theffalonice rescriptis re- peritur.

Quid diuina legis sanctitatem aut noscendo confundunt, aut ne- gligendo violant & offendunt, sacrilegium committunt. Datum III. Kalend. Mart. Theffal. Gratiano Aug. V. & Theodosio A. I. Coss. se- quenti vero mente de pio religioque cultu facti. Qua- dragesimalis temporis ibidem loci ita ad Albucianum Vi- carium Macedoniae rescriptis h:

Quadragesima diebus, quibus officio caeremoniarum Paschale tem- pus anticipat, omnis cognitio prohibetur criminalium questionum. Dat. VI. Kalend. April. Theffalonice, Gratiano quingentum & Theo- dosio I. Coss.

Dum autem adhuc Theodosius Theffalonice mora- retur, Maximus Cynicus, qui Constantiopolitanam se- dem inuadens pulsus ab vrbis fuerat, Imperatorem conue- nit, rogans ab eo sibi cathedram confirmari: verum ab i- pro penitus repulsius est atque reiectus; imo & nisi a co- ptiis desisteret, graves minae intentatae fuerunt, quam obre desperatus infelix, magno adfirmationis suae mendacis comparatae dispendio se contulit Alexandriae ad Petrum adhuc in humanis agentem haec omnia plusibus enarra- ta Gregorius ipse habet. Quid vero idem Maximus infan- niens nimia Episcopatus cupiditate Alexandriae egerit, idem subdit his verbis:

Aggreditor, atque non parum angustiat senem, nempe eundem Petrum Episcopum Alexandrinum, Possem vel illum, sine xat quam sibi sedi: vel eius in throno sese immanis, Sessurum. Hypercha dantes bene, (ut par erat) Flammam expansefens, veterane ad mala quippiam Aduergeret, vrbis boni populis solo: At mihi videtur hic quidem quiescere, At esse reverendum, ne graui ipse grandine Est facta nobis, a sebo vnto incita In non putantes grandinem effundat suam. Nec enim quieti praenitias inquam studeat. haec ipse, & quidem propheticae. Etenim lapsus est in ha- resim Apollinaris, cuius rei causa ab Episcopis (vt Theo- doretus ait) damnatus fuit. Contat inloper eundem Maximum post haec aliqua aduersus ipsam Gregorium conscripsit: quae tamen vt valde incepta ipse contempit, fatisque sibi visum, qualis ille, qualiaue eius scripta es- sent, paucis occinere, cum ita rem exorditur e: Quid de his dicam? Audefne tu quoque Maxime, aliquid scribere? Tunc scribere audeas? Proh quanta haec est impudentia! Professo haec ex parte caues alios, nempe Cynicos, superat. Omnia scilicet quibusvis iam tentare licet, & inferius: Orem incredibilem & insudatam! Saul vates est, Maximum librorum scriptor. Quis de- inceps non vates esse vlet? quis a scribendo manum continebit? Omnium scilicet est charia, vel amicalis scriptorum sibi calamum vsurpent. haec & alia plura lepide quidem masq; animo im- perturbato Gregorius. Cepra itaque contentio Maximi cum Gregorio anno superiori, praesenti iam anno extin- cta fuit.

Quod autem Theodosius cum cum primum vidit, de- spexit, a seque repulsi, hominem alioqui proficiente si- dem Catholicam: id ea de causa opinatur contigisse, quod sciret Damasum Romanum Pontificem aduersus eum in capellendo Episcopatu fauuisse Gregorio. Dolemus excidisse ipsas Damasi litteras tunc pro Gregorio contra

Maximum scriptas, quarum meminit Nicolaus Roman Pontifex in epistola ad Michaelum Imper. in quibus haec habet: Denique vt ex his paucis commemoremus: Nonne Maxi- mus, postquam inuictum a Damaso Papa (sicut eius ad diuersos epistola indicant) laboratum est, Constantiopolim pulsus est: ita ipse. Equidem puto sanctum Hieronymum audirem Gregori (vt dictum est) Constantiopolim tunc agentem, apud Damasum pro ipso Gregorio litteris egisse: fa- ctumque, vt cum sententia Damasi innotuisset ciuibus Constantiopolitanis idem ipsi coestum infelicem Ma- ximum ab vrbis pellerent, deque his ad monitus Theo- dosius Imperator eundem ad se venientem Theffaloni- cam aequo fugarit. Et quis dubitat de re tanta, cum scri- beret Damalus in Orientem, eodem quoque argumen- to ex more scripsisse etiam ad Theodosium Imperato- rem? Sedisse aliquantisper in sede Maximum, indicium illud est, quod fecit ibidem ordinationes, quas Synodus Constantiopolitana celebrata anno sequenti ritus pe- nitus esse decreuit, vt ex eius Concilii Actis Sozomenus g testatur. At de Maximo haecenus ad res autem Gregorii natus anni, Constantiopolitanaeque Ecclesiae statum oratio conuertatur.

Percussus licet Arianis nono Imperatoris edicto dato ad populum Constantiopolitanum: tamen tantum ab- fuit, vt ita compressi quieuerint, quin potius maioribus audaciae spiritibus sumptis, insolentius aduersus Catho- licos insiliuerunt, instar saeuissimae bestiae, quae ea tem- per noxia visa sit & in ista, cum sese laqueis constringi- lerit, tunc violentus commouetur, & in quem cun- que sibi obuium furit. Arianis enim cum se Theodosii legibus vincii illicent, acius in Orthodoxos exacerbaban- tur, eoque furoris adacti sunt, vt in confessorum haud- pitem ab exilio reuersum incidentes, eum lapidibus im- perentes occiderent.

Testatur id quidem Gregorius Nazianzenus ea oratione, quam habuit ad Arianos: sibi enim Catholicorum commendans animi moderationem, qua feliciore tem- pore vterentur, illorum contra in pios viros ac in Eccle- siam ipsam Catholicam immania scelera perpetrata re- cenferet; atque ad postremum quod nefas admisisset, ob oculos ponit his verbis: Nonnulli, hinc h, atrociores quoque atque immaniores sese praeberunt, quam temporis ratio ferre vide- retur, non sicut ac suis, qui per septa quadam violentius impugnantur. Hominem meum posco, quem besterno die traxeratis, senem, inquit, illum & Abrahamicum patrem, quem ab exilio redeuntem & huc appellentem, medio die, in media vrbe saxis excepistis. At nos (nisi hoc dictu graue & iniudusum est) obtruncatores etiam ipsos depre- catione nostra periculo mortis liberauimus. & post multa in ex- probationem ipsorum arrogante & petulantiae, in com- mendationem vero modestiae Orthodoxorum haec ad- dit: Et quid ex hac temporis insolentia perperam emulatus sum? id- que cum tanta exempla ob oculos posita haberem, quibus etiam re- motis, a vicio tamen abstinere difficile atque arduum est, variquis exemplis? De quibus Ecclesiae vobiscum contendimus? de quibus pecu- nias? praesertim cum vtraque vobis afflueret, vtriusque autem nos inopia premeremur? Exquod Imperatoris edictum a vobis contem- ptum & pro nihilo habitum ardenti celo persecuti sumus? Quos principes in perniciem vestrae coluimus atque obseruauimus? Quo- rum importunam auariciam iudicio nostro prodidimus? Domine ne status illi hoc peccatum, dicebam (nam oportune Stephanus i ver- ba in mentem venerunt) & nunc eadem vota facio. Maledicimus & henedicimus: persecutionem patimur, & sustinemus: haec & alia multa id genus Gregorius obiecit ea oratione in Arianos, & quidem post Gratiani prius & Theodosii poste- rius promulgatum edictum, cum res Catholicis arde- rent.

Sed quid accidit? Tolerantia ista Gregorii, & pro illatis ab eis contumeliis atque cedibus officiorum com- pensatio, nonnullorum Orthodoxorum animum exacer- bant, illorum praesertim, qui in eam ferme diem a temporibus Constantii Imperatoris ab eisdem insolentibus Arianis ditissima iugiter passi essent: quippe haec dicere solebant, quae ipse Gregorius in oratione, quam coram Episcopis ad Synodum conuenientibus

f. Encai 16. x. Concil. g. Soz. l. 7. 6. 9. VI. h. Gr. Naz. car. ad Arianos. ARIANI SEVIUNT MAGIS. VII. CATHO- LICORVM IRIANI ORTHOOR. I. Act. 7. h. Cor. 4.



a Gr. Naz. et ad 110. Episcopi.

habuit, eccitatis verbis at iam criminata quaque nosstra, quofo expendite. Tanto iam tempore, inquit, Ecclesie prece, temperis sanore & auxilio saltem, Imperatorum, generoso impetu, quod maximi asinari debet. Equos mutationis sequi nobis assuisset? Quot horum unum contumelias prius peritimus? Quid a tributu passu non sumus? non iniurias? non moras? non exilia? non pecuniarum detractiones? non honorum prostrationes? non prochyterorum in mari conflagrationes? non templum profanatum, atque ex templi in sepulchra mutata? non publicas senum Episcoporum, aut ve magis propriis verbo vtar, patriarchatum eadem non tam immanitatem, et plus sollicitudinis esset locus omnium? non denique quicquid calamitatu villo geribus exprimeret quisquam possit? Quorum quidem in, qui nos leserunt, propendimus? Quandoquidem vestri, ut par erat, rerum vicibus, respicienda potestas nobis facta est, atque eos, a quibus impertite vexati fueramus, castigari oportebat. Atque ut omisso alij calamitatuibus, ad nostras, sic dicam ad tuas calamitates, veniam, his licet, quae cum Gregorio idem passu essent, postquam venisset Constantinopolim; Nonne persecutionibus vexati sumus? non iniuria omnibus opprobriis non Ecclesie, domibus, & quod acerbissimum est, solitudinibus exturbati? non ferocem populum tulimus? Praefatos violentos & inopitantes Imperatores simul cum editu suis contumeliose iuratos? Quid postea superiores extitimus, & persecutores nostri penes effugerunt.

VIII. EPIST. LATIO. CA. THOLOGO. BYM. IN. GREGOR.

Ista erant, quae Catholici Constantinopolitani subinfense in Gregorium ab hoc tempore ad finem vsque eius commotionis Constantinopoli iactare solerent: ad quos Gregori responsio, quam subdit: Ita sane est, inquit, sibi enim aduersus eos, quae iniuriam intulerunt, satim grauis poenitentia ferenda iniuria passus, quae quidem responso hand illis aridere videbatur, qui (ut subdit) incitabant Gregorium ad vltionem, illa rursus verba ingemihantes: Quis profectus multatui est? inquit. Quis populus castigatus est? Quis plebs inflammator? Quis terrorem nobis ipsi in posterum indulsumus? ita illi quidem, qui hanc ob causam deinceps animo abalienato a Gregorio esse ceperunt, sicque propemodum factum est, ut diuulsis ab eo Catholicorum nonnullis prius (ut diximus) schismate Maximi, compluribus autem ab eo editis ex causis animis fugecentibus, res Gregorii paulatim diffunderent, verum populorum erga eum erat immensus: cuius quidem rei periculum factum est, cum ipsum recedere cupientem non permitit.

IX. GREG. COGITAT. DE. DIC. SIONE.

His enim agitatus molestus Gregorius, cum iam les Catholicae fidei sub Catholico Imperatore in tuto collocatas esse videret, consideraretque nequaquam se illius sedis astringi vinculis, ut ibi permanere cogeretur: etenim quamuis a populo electus, acclamatusque fuisset Episcopus, non tamen ea electio legitima, secundum canones Ecclesiasticos sibi videbatur: quomobrem recedendi Constantinopoli consilium inuit: sed cum clandestine facere minime licuisset; communicato cum populo animi sui de cetero; piorum precibus, clamoribus, laethymisque retinetur inuitus; sed quibus conatus, ipse veribus illis infirmat b:

b Gr. Naz. in eam. ad vita sua.

Hac verba simul audis plebs, illico Effrenis alicuiusquam questum delicti, Populus surgit, agmen ut sumo solet Apom; furit, maximis clamoribus Vterq; sexus, virgines, iuuenctuli, Pueri, senes, nobiles, ignobiles, Vita quieti, Praefatos, ac militum Nonnulli amore quilibet & vna asinans, Iratus hosti, Praefatos exposcens sumi. At non decebat me genu ad vnum flectere, Nec capere sedem rite non iudici traditam, haec ipse.

X. c. Sect. 13. e. 6. THEODO. SIVE YE. NIT. COM. TANTI. BYPOLIM. d. M. P. II. in Chrono. hoc a. 380.

Ariani autem, qui absente Imperatore eius editu contemnere vult sunt, eam iam Theffaloniae Constantinopolim venientem caperint praesentem timere: contigit eius aduentus in urbem (ut ex Socrate & dictum est) hoc anno iisdemque Consulibus octavo Kalendas Decembris. At quid tunc primum in Arianos egerit, Marcellinus Comes d. docet cum ait: Hic Consulibus, Theodosius magni, postquam de Sicythia & Getis triumphauit, expulsi contumax ab Orthodoxorum Ecclesie Ariani, qui iam fere per quadraginta annos eas sub

Ariani Imperatoribus tenebant, nostris Catholicis Orthodoxis resistit Imperator mensis Decembris. haec enim. Quo modo autem id factum sit, Sozomenus sic enarrat: Imperator vero per manuum preceptum Demophilo (erat hic post Eudocium Episcopus Constantinopolitanus haereticus) ut aut ex decreto Niceni Concilii religionem propagaret, & populam ad concordiam reduceret, aut Ecclesiam excederet. Ille vero, conuocato populo, mandatum Imperatoris exposuit, & in postquam diem se extra urbem conuocatum significauit: Quandoquidem, inquit, diuina lex iubet, ut si vis ex hac urbe pellant, fugatis in aliam. Haec cum praefatus esset, deinceps extra urbem conuocatus fuit, & vna cum eo Lucius, qui ab Ariani quondam Alexandriae Ecclesia praefatus fuit, & qui exposuit, exul, ut dictum est, Constantinopolim concessit, ibique moratus fuit.

e 567 l. 7. c. 1.

f Math. 23.

Postquam igitur Demophilus Ecclesiam reliquisset, ingressus Imperator praesens simul: & ex eo tempore qui consubstantialem Trinitatem profitebantur, templum recuperant. Erat autem hic annus, quo Gratianus quintum, Theodosius primum Consulatus fuerunt, quadraginta salicet, ex quo Ariani Ecclesiam occuparunt. Incausque Sozomenus, quae quidem (ut dicimus) anno potius sequenti contigitur: nam ab his diebus ipse Gregorius tradit, nimirum Arianos totos in armis fuisse, & primum templum currebant.

Vifus est autem Gregorio Theodosius paulo frigidius agere, si comparato faciendia fuisset cum Ariani Imperatoribus longe maiori animi ardore haerem propagantibus in carne & saepe citato, quo res suas contexit, haec habet de Theodosii aduentu Constantinopolim.

XL

Dum statu nos haec sumus, En Imperator nobis aduenit repens Terra ex Macedonia, Marte domiti barbaris, Simularat ingens quos manus, & ingens furor: Minime quidem ille vir malus, quantum ad fidem: Tenere mentes possit, ut qui simplices, Triadim, sanctus cultor esse maximus: (Sic quippe & ipse sentio, & cuncti asserunt, Qui sede statili tuto amant insistere) Fertore sed non predicto tanto tamen, Aequaret ut cum primum praesentia, Sanaret atq; temporis mala tempore. Fertore vel si par erat, non par erat Fiducia ne peioris, an audacia Dicam? Vocare praefatos hoc praudentiam. Suadere quippe est agnus, quam cogere, sic ille lenit ad scribens tarditatem atque remissionem Theodosii Impnam paulo post:

g Gr. Naz. in eam. ad vita sua. THEODO. SIVE YE. NIT. COM. TANTI. BYPOLIM. d. M. P. II. in Chrono. hoc a. 380.

Haec ille opinor, cogitans nulli grauem Metum inferebat, comiter cunctos trahens, Cuiusque mentem liberam lege & foveus, haec Gregorius de Theodosio.

XII

Quomodo autem tunc, cum venisset Constantinopolim Imperator, ad Ecclesiam, vbierat Gregorius & Catholici conuenerant, propteratit, & quid ipsi Gregorio dixerit Theodosius, idem sic narrat: Ut ergo cupidus venit ad cupidos sui, Complexus ut me sit statim, quae dixerit, Quae per labenti vultu ante acciperit, Quid est necesse dicere? Padendum foret, Si gloriari tum senex ob talis, Quae cuncta parus deputo praeter Deum. Tandem ille fatat: Dat tibi per nos Deum Non hoc templum, dat tuis laboribus.

Q. ID. THEODO. SIVE YE. NIT. COM. GREGOR.

Haec licet Theodosius Gregorio polliceretur: ut tamen praestaret effectu, impossibile tradit esse visum, resistenibus Ariani, quibus reserta ciuitas erat, & iisdem que inuentis animis ut templum tutarentur, nec cederent sedem alicui, paratis etiam in vis adhiberetur, in Gregorium impetum facere.

XIII. THEODO. SIVE YE. NIT. COM. TANTI. BYPOLIM. d. M. P. II. in Chrono. hoc a. 380.

Post haec autem Theodosius occupat templum, relinquitque ad custodiam militum partem, atq; reliqua exeret, ut collocaretur in throno. Cum vero Ariani interim se resistere non posse cernerent, omnia miscuit lucra

atque

aque clamoribus: quae quidem eleganter ipse ita describit:

Item tempus aletur, militum & vis maxima  
Templum obviat, bellum, confusio, gerens.  
Facilest omnia impetum contra cunctum  
Populum, ardua vi, nec vel, aut fultus maris  
Vires & ira, praesens & blandus simul,  
Itatus in vos, Principi supplicet. Erant  
Plena vita, dormi, pleni omnes loci,  
Plena domus, tum vis, tum summis  
Actus quasque, parvuli spectantibus,  
Gemitus dolores, lacrymae, clamor, gemitus,  
Imago capiti bellico insulsi oppati,  
Ego vero fortis ille dux, ac strenuus  
Aegro tamen corpore esse ac debili,  
Spirante quiddam languidum ac fremortuum,  
Inter Duces medicos & inter milites  
Iam bona esse fultus, & sursum videns,  
In ade domo collocor, &c.

Subdit vero mirum quiddam accidisse, nimis tunc temporis atram nubem sic radios Solis obrepsisse, ut media die noctem ferre redere: quo tanquam prodigio exultarent haeretici, meruerunt autem pii, sed quasi miraculo factum, ut simul ac Gregorius sacros cancellos introiit, adorato namque, nube dissecta, Sol purissimis radiis effulserit: perinde ac si super accensa caelitus face, Gregorius lacum, Deoque gratum ingressum significarent. Secutaque mox est Orthodoxorum omnium acclamatio, qua petent Gregorium collocari in throno, reclamante tamen ipso Gregorio, atque dicente:

Hic non premit, quo, praesens clamorem, h viri  
Nunc sunt agenda gratie summa Deo.  
Majora que sunt, huius erit tempus summi.  
Hac verba planis maximo plebs cepit.  
Amica namq, est omnibus modestia.  
Abiq, Principis maxima hoc laude efferens.  
Hic concionis exitus tandem fuit.

XIV. Adidique ob nimiam compressionem, confusioneque prementium, ensem euaginatam ad incutendū terrorem à quodam, sed mox in vaginam reductum. Cum autem templi & aedium Episcoporum possessor effectus esset, Ariani aestuabant adversus Gregorium immenso implacabilique odio: quos tandem ipsius Gregorii insignis animi modestia delinuit: quae cum in omnibus rebus quas gereret, eluceret, nouo casu adeo omnibus propius atq; manifeste relaxit, ut sibi etiam hostium animos deuinciret. Accidit enim, ut ipso subagrotante Gregorio, in lectulo decubente, sicut ad eum conficiendum, clam ingressus sit, recteque multitudine accedentium, ut ei gratularentur de tempore recepto, ab Arianiq; vindicato, pro quo munere vota Deo nuncupassent. Eoque perfuncto officio, cum discessissent, sicut ille solus ibi relictus, manus pedes sanctissimi vii i prehendens, lacrymas copiose fundens atque lamentans supplex veniam postulauit. Gregorio autem sciscitante, quid hoc sibi relateretque praeter immenso dolore, ipso tacente, vnus ex his, qui aderant, rem sentiens, Gregorio dixit: Hic ille carnifex tuus est, o pater, qui à nonnullis subornatus, ferrom tibi in praecordia delinxiserat, nisi Christus perspicue tibi auxilio fuisset: quod enim ad eorum voluntatem spectat, scelus est consummatum, proinde hic facti ponens ad pedes tuos lacrymis veniam petit. Ad quem conuersus Gregorius ait: Propitius sit tibi Deus, tibi q, ignoscit, qui me seruauit: hocque solum pro uox peto, ut haereticus excerans, meus fiat. Hoc autem cum videret inuoluitur ciuitati: hostium Gregorii, Ariarum hominum nonnihil emollita sunt corda, ergaque ipsum reddita propensiora. haec omnia breui compendio recitata, ab ipomet Gregorio fustius descripta sunt b.

GRE. NAL. AFFRIT. TVR A SIC. CARIO.

Quod autem sequenti anno Orientales Episcopi Orthodoxi Constantinopolim, ut Gregorium collocarent in throno, vocati fuerint à Theodosio Imperatore id quidem suadente Damaso, qui (ut dictum est) Gregorio suscepit patrocinium, factum putamus. Cuius etiam admoni-

tionem, idem Episcoporum Concilium collectum Constantinopoli condemnasse haereticum Macedonem, quis est, qui non facile sibi persuadeat? Cum enim certum sit, Romanos Pontifices solere litteris salutare nonos imperatores, ad eosdemque de tollendis haereticis, sedantique schismatibus scribere, horari, viamque, quae id perficeret, aperire: patet credere Theodosium, Damaso suadente, ad haec omnia perficienda sedulo animo addixisse: docet enim id etiam vehemens coniectura ex frequenti rerum vsu comparata, exemplique saepe monstrata. At de his suis loco pluribus agendum erit: hic vero iam est finis rerum Gregorii praesentis temporis.

Hoc idem anno mortuus Petrus Episcopus Alexandrinus, cum sedisset annos octoan locumque eius est subrogatus Timotheus ipsius fratres, cuius mentio habetur in Theodosii sanctione anno sequenti data: in illa autem, quam datam diximus praesentis anno cum Petri sit mentio, plane apparet, alterum eorum, nempe Petrum hoc tempore desisse, aliter uero, Timotheum videlicet, Episcopum eius Ecclesiae creatum esse. Sunt qui, ut exultent Petrum fauentem aduersus Gregorium Nazianzen. Maximo Cynico, ea omnia, quae dicta sunt, adscribant eisdem Petri successori Timotheo: sunt hi Theodoretus, Castiodorus, Nicephorus, & fortasse alii. At certe negare sunt haec: nam quae relata ipsius Gregorii de Petro factis perspicue extant, ut de his dubitandi omnis praesens opinio auferatur. Non ita quidem de Petro ista se habent, ut illa, quae in ipsum vulgo iactata tradit S. Hieronymus, quod reuersus in Ecclesiam, adeo facilis fuerit id recipiendis ad communionem lapsus haeretici, ut nonnullis acceptae pecunie in suspicionem venerit: nam semus ex instituto Athanasii ad Basilium iacobenis (quod supra suo loco demonstratum est) omnes Arianos ad Ecclesiam redire volentes, oblata fidei Nicanae confessione, nullatenus debuisse repelli. Quod autem idem Petrus Maximo fauerit pecunie causa, ut credamus adduci non possumus, sed ab eo deceptum aliqua noua iactata, sicut ab eodem vidimus ipsum Gregorium fuisse delusum.

Ceterum quod pertinet ad Timotheum successorem: quantumlibet Petrus defunctus esset, nulla tamen spes fuit sub Catholico Principe, Lucio Ariano Episcopo Alexandrino eam recuperandi sedem, ipso Theodosio resistente: quae & pullum ab eo tradit S. Hieronymus, qui de Lucii scriptis ita subdit: Est autem eius sollemnitas Paschae epistola, & panis uariarum Caro Hereticis libelli. Vendicarat sibi profanus Ariarum Antistes, ut Paschales epistolas scriberet ad Catholicam Ecclesiam, quae annis singulis dari solebant ab Episcopo Alexandrino vniuersis Christi fidelibus ad Paschatis certum tempus infundendam. Ceterum Theophilum eiusdem Ecclesiae postea Episcopum ab hoc anno Paschalem cyclum annorum centum inchoasse, nimirum à primo Consulatu Theodosii, testatur S. Leo Papa in epistola ad Marcianum Imperatorem, erat tunc ipse Theophilus Ecclesiae Alexandrinae clericus apprimae eiusmodi scientiam callens, quam ne quis haereticus sibi in posterum arrogaret, centum ipse annos inclusit, quibus dies Paschatis exploratus annis singulis haberetur.

Eodem plane tempore, quo haec agebantur in Oriete, contigit Mediolanensem Ecclesiam perturbari ceptam esse à Iustina Augusta Valentiniensis senioris Imperatoris cognite, Ariana tamina audacissima. Haec quidem haec est patrocinatura, cum accepisset Sirmiensem Ecclesiam (est Sirmium ciuitas posita in Illyrico h) destituta esse patre, illuc properauit, quo Ariarum illi Antistitem perfici procuraret. Ambrosius etiam illuc se contulit (perseuerabat enim antiqua illa diuisio provinciarum, qua lege Valentina coniuncta erat provincia Illyrici Galliae Cispinae) ut Ecclesiae Sirmiensis suae diocesis consularis praesideret Catholicae communionis Episcopum. Quenam autem tum tibi contigerit, Paulinus ita describit: Cum Ambrosius Sirmium ad erigendum Episcopum Antiochum perrexisset, ibique Iustina tunc temporis Regna potentia & multitudine condonata de Ecclesia pelleretur, ut non ab ipso, sed ab haereticis

ECCLESIA ORIENTALIS

XVI. ORIVS PETRI, SUBROGATO TIMOTHEO. C. 13. de haeret. C. Theod.

d Theod. l. 1. c. 8. e Casiod. l. 1. c. 11. f Niceph. l. 12. c. 11.

XVII.

THEOPHILUS CYCLUS PASCHALIS. L. 1. c. 14.

XVIII. IUSTINA AVGVSTA FAVET ARIANIS.

h Ammia. l. 1. c. 16. i eod. l. 1. c. 14.

k Suet. in C. Iulio ca.

l Paulin. vita S. Ambrosii. m Auentius

b Greg. in torn. de vita sua. XV. DAMASVS AGIT EVM THEODO. MO PEO

QVID SIT MI AMBROSII.

Arianus Episcopus in eadem Ecclesia ordinatur; effectus constituitur in tribunal, nihil citans eorum, que a muliere excubantur: vna de virginibus Arianorum impudenter ceteris tribunal confidens, apprehenso vestimento sacerdotis cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, ut ab ipso casus de Ecclesia pelleretur. audiam (vt ipse solitus erat referre) Ego indigno tanto sacerdotio sum: tamen te non conuenit, vel professionem tuam, in qualemcumque sacerdotem manus inire, unde debes vereri Dei iudicium, ne tibi aliquid enemat. Quod dictum exitu confirmavit: nam alio die mortuum ad sepulchrum vsque deduxit, gratiam pro contumelia rependens: Sed hoc factum non leuam aduersarius inuictis metum, pacemque magnam Ecclesia Catholica in ordinando Episcopo tribuit. hanc Paulinus. Ordinatus est itaque Anemnius, quem cum con- steter anno sequenti interfuisse Aquileiensi Concilio, pariterque eius nomen reperitur inter Episcopos Occidentales, ad quos Synodalis epistola e Concilio Constanti- nopolitano data est; plane declaratur Anemni electionem ante sequentem annum contigisse, sed non quidem (vt putamus) ante presentem. nam haec res Ambrosii tranquillissime habuisse, que sunt recentia, demon- strant. Hoc vero tempore Arianos fauore Iustine tumultuari cepisse liquet, atque adeo res perturbasse, vt Gratianus basilicam vnam, quam peterent ipsi Ariani sibi tradi, ab Ambrosio abstulerit, no tamen illis dederit, sed eidem Ambrosio restituerit; vt ex his, que S. Ambrosius ad eum scripsit, intelligi potest, dum ait a: Neque enim aliud possumus diceri, nisi, Spiritus hanc fuisse gratiam, quod ignorantes omni- bus subito hanc esse reddidisti. De paulo post: Et enim basilicam sequestrasti, vt tuam probares. Impletur igitur propositum suum pietas tua, que sic sequestrauerat, vt probares, sic probauit, vt redderet. Nec fructum amisi, sed iudicium teneo, patitur, omnibus in quadam facti discretionem, discretam tibi nunquam fuisse sententiam: patuit, inquam, omnibus & tuum non fuisse cum sequestrares, & tuum esse cum redderes, hanc Ambrosius.

a Amb. de Spiritu S. l. c. 1.

XIX.

Cum autem Ariani instarent, & perinde atque iustam forent causam, quod Conciliabuli Ariminensis patrocinium suscepissent, eundem Gratianum Imperatorem hoc anno Sirmium venientem interpellant b, querentes fe e Catholicis vndique pellit: ob idque fe generale postulate Concilium, quo in eo vniuersa Ecclesia demonstrare possent, esse Catholice, atque inuicta infamari heresis Ariana, instans, vtgen, obtunduntq; Principis aures, donec ab eo, q; petierant, extorserunt de indicendo generali Concilio. Ceterum cum hanc ab Imperatore esse decreta Ambrosius intellexisset: continuo intercellit, probrosum esse & indignissimum asserens, propter duos catiolos he- reticos, totius Catholici Orbis Episcopos couocare magno Ecclesiarum detrimento, que pastoribus deltituta, luporum paterent in carnisu. Sicq; ex sententia Ambrosii factum est, vt Imperator acquiesceret Aquileiense celebra- ri Concilio, in quo finitum tantum conuenirent Episcopi, ex Africa autem & Gallia factis esse Legatos adesse. Indictio autem Synodi d. lata est in annum sequentem Aquileie celebrande mense Septemb. in qua eotundem causa tractanda esset hereticoru: nos vero de castio loco plurib; heretici autem, qui id extorserunt a Gratiano, fuerunt Claudianus, alias Palladius & Secandianus Episc. quoru frequens est mentio in ipso Aquileiensi Concilio.

b Conc. A- quileiensi in princ. ARIANI AGUNT APVD GRA TIANVM IMP. DE COGENDO CONCIL.

XX.

Novissime autem quod ad priuatas res gestas anni huius pertinet: hoc ipso anno tertia Ianuarii (vt ex Eunapio Sardiario colligitur) Festus Proconsul in Asia cum idolorum cultu se dedidisset, miserando modo diem clausit extremum. Quo v. pacto id fe habuerit, Eunapius docet his verbis: Tertius illuc erat dies a Kal. Ian. quasi ita Romani nuncupant, quando omnes Festo gratulantes conuiuium adducunt: ipse vero Eumenidum delatrum accedit, haud remere inquam deos colere suatum: quippe qui omnes a se supplicio affectos hanc potissimum ob causam de medio sustulerit. Ingressus ad eas narrat visum sibi somnium, atq; inter narrandum lacrymis vultum aspergit: id autem eiusmodi erat. Dicebat Maximum (philosophum nempe illum Iuliani Apostate magistram, qui sub Valente accusatus magie male perit) humella collo misit, visum fuisse ipsum ad eam pertrahere sistendum Plutonis iudicio. Qui aderant, conter- riti, vitamq; vni totam recolentes, lacrymas quique pro se profusas

c Eunap. vita philo- soph. in Maximo.

facabant, imbebantq; renam & pacem a deob precari. Ille dictis audiens, vota facit. Sed dum egreditur, ipse concidit humi, doctus pueris in terra delatus, vt isq; vni desolatus iacuit, ad domum relictus, confissim exspirauit. Ea res vna est a diuina providentia precurata, hanc quidem Eunapius, qui & ipse deorum cultor & impius, talia effari de suis cogit. Sed iam ad sequents anni res gestas progrediamur.

IESV CHRISTI Annus 381.

DAMASI PAP. ANNI 15. GRATIANI 15. VALENTIN. I. IMPER. THEODOSII 3.

Recentissimus octogesimus primus Christi annus Eucharis \* & Syagrii Consulatus auspiciis aperitur, idemque numeratur decimus quintus Pontificatus Damasi, atq; ab exorto schismate Vrsicini: quo tribus iam Iustri saepe compositi, nisi quam autem extincto Gratianus & Valentinianus in Occidente Imperatores nouissime aduersus eosdem schismaticos rescripserunt. Acciderat enim, vt etiam idem schismatici sepe damnati fuissent, atq; in diuersa loca exules amandati: in dem nihilominus, res- pectibus Iudicibus, inde recedentes, atque ad propria remeantes iustis seditionibus turbate, que constanter non sine magno Catholice Ecclesie pacis detrimento. Quam- obrem idem Imperatores in primis redarguentes signa- uos Iudices, quid ab eis post haec de iisdem agendum esset, decernentes, rescripserunt ad Vicarium ordinatum iudiciorum dederunt, quod hic prius eundem curauimus ex bibliotheca Vaticana acceptu, ex codice inquam illo, vbi descripte habentur complures Pontificum Romanorum epistolae, a nobis saepe citato: quod sane scate- bat mendis, sed collatione habita cum alio exemplari, vt licuit, restitimus:

Gratianus & Valentin. AA. Aquilino Vicario Ordinariorum. Sententias Iudicum aut quatenus hinc, aut contumacis renuntiatio, aut habitum coram patribus sanxit examen, nec a mediocri auctoritate labefacti, atque conuulsi, nec a potentioribus, nec ab impudentibus permissis nostra precepta per vestram negligentiam desinita. Quae tandem poterit ferri sententia, qua quidem dum desinit, non excisat, vt longatolerantia in desperatos sumat effectum, & officium meum cogat agnosci? At nonne absur- dus est, quod Vrsicini insit auentia, quod serenitas nostra mitibus persuasit edictis, vt omnes, qui impio carni profanata religione tentarent, vel ad centesimum Vrbis miliare pellerentur? vbi pertinax furor ab obsequentiibus desinitus in eius tantum perniciem rueret, qui solus erraret, & vt condemnati iudicio vellet sententiam sacer- dotum, reditum postea vel ad Ecclesiam, quas contuminauerant, non haberent, vel redintegrationem iudicij sinistra a nobis impudenti perniciosa precurarent. Reperat laudanda & spectata tua sinceritas quales ad vrum clarissimum Simplicianum quondam Vicarium li- teras clementia nostra transmissit, & desinat iterationem \* sperare mandati: quia pingendum mansuetudinis nostra pudor est; infla- rare preceptum.

Vrsicinum quidem Gallia coerces, & ne motus aliquos inque- ritos exerceat, cobibus Agrippina sceffio: quem tamen ipsum per occu- santes obtundentem sapius quam momentem, ad hoc vt sequen- tes abijceret, audimus. Hisacem remotus Hispania angulus titulo damnationis inclusit. Non bene capiti consilium, si quid turbarum vesanus agitaauerit Parmensis Episcopus, eo perniciosior, quod in- chyla Vrbis magis proximus, & imperitorum multitudinem magis exagitat, & Ecclesiam de qua iudicio sanctorum Praesulum deu- ctus est, inquietat, inane videlicet gloriam sententia grauioris expectans: quem si quid decessor tuus denoti vigore habuisset, protinus vltra fines debuisset extrudere. Et Florentius Puteola- nus post damnationem, quam reilo iudicio conuictus accepit, mansuetudinem nostram inquietare conatus, degenem tui in pro- greffione responsam: post quantum decemum annum Ecclesiam, de qua extrusus fuerat, rursus contumare conatur, congregiones il- licitas facere molitur, egentemque consilij multitudinem perdi- ti animi persuasione deprauat, nostrorum videlicet iudicium fo- cordia fretus, qui priuata gratia Imperialia precepta condonant,

I. \* Eucharis

VRSICINI SCHISMA VIGINIS.

II. QUID IMPERATORIS IN SCHISMATICOS RESCRIPTUM

\* expecta- re

III. VRSICINI RELEGATVS IN GALLIAS, HAS IMPERATORIS

VIII.

& reli-